

A *Ἡ ἔτινος κηρῶν, ἢ ἐριννύος ἀναβέλεμνα*
Γαῖδας ἐξ κατ' ἑσπεφνε, καὶ ἐκ φίλον εἴλετο θυμόν,
Μαινόμενος κατ' αἶκον ὄδ' ἐμπαλεός ἐσκεφθόσιο.
Τὸς μὲν ἐπὶ δούπνος ἐμοῖς ἰδὼν ὀφθαλμοῖσι *Βαλλομένους ὑπὸ πατρὶ.*
Infelix qui misilibus de munere Phæbi
Sive ea Parcarum, vel Erinnyos impia tela,
Gnatis ipse suis furis agitatus ademit
Charam animam, ut domus ipsa cruore aspersa nataret.
Hos ego confossos manibus cecidisse paternis
Iussa oculis spectare meis, miserabile visu.

Poëtâ quoq; nostri leonem iracundū notant, vnde illud apud Horatiū: Pro-
 methea infani leonis vim stomacho appofuisse nostro, cūm de excandescētia
 loqueretur. Elegātissimē quoq; neq; nō eruditissimē Lucreti' causam furoris
 istius perquirat, cui' carmina nō iniucunda quæ repetantur ponere nō pigeat:

Sed calidi plus est illis quibus acria corda

B *Iracundâque mens, facile effervescit in ira,*
Quo genere in primis vis est violenta leonum,
Pectora qui fremitu rumpant plerunque gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Superius verò dixerat cūm de varietate animi loqueretur:

Est etiam calor ille animo quem sumit in ira,
Cum feruescit, et ex oculis micat acrius ardor.

Eius verò indicium excandescētiæ est, cūm caudæ verberibus sese excitare
 visus fuerit, quod ita Hesiodus tangit in Herculis scuto:

Πλοῦραν τε καὶ αἰεὶς

Οὐρημαστικῶν ποσὶ γράφεται, ἔδ' ἐτις αὐθόν
Ἐτλη ἐπ' ἀντα ἰδὼν σχέδον ἐλθεῖν ἔδ' ἐμάχεσθαι.

Quem Catullus secutus Callimbico super Atti dixit:

Agè cade terga cauda, tua verbera patent
Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

C Et quæ ad furoris incitamentū & indicium sequuntur: nam & corrugare fron-
 tem pugnaturus cernitur, quod *σκέλετιν* Græci dixere: & superciliōrū cōtractio
 nē *σπισκημιον* vocāt. Index autē præcipuus est leonini animi cauda, perinde ac
 equorum aures, eaq; propriè in leone dicitur alcea: quòd præcipuum in ea ro-
 bur constet: vel quòd incitamentum quoddā sit ad assumendas vires animūq;
 commouendum: initio irarū terra flagellatur, crescente verò excandescētia
 terga etiā sua verberant, id ea de causa fieri putat Alexāder Aphrodisæus, quòd
 eorum anima vehementius moueatur, sitq; vltionis admodum appetēs: cauda
 verò vtatur veluti homines manu, qua illi se plerūq; in excandescētia cōplode
 re solent: ita animalia hæc ira cōmota, cūm id quod sese lædit vlcisci nequeūt,
 eo sibi modo solatiū solent excogitare. Est itaq; furor leoni familiaris, vnde a-
 pud Maronem, Iræq; leonum, legitur. & Ouidius: Iram vultus habet, de eisdē
 ait, quare Poëtæ leonem peculiariter feram dicunt. ita Callimachus:

Θηρὸς ἀσερτάζων δέρμα κατωμαίδιον,

Quòd verò catulus eo exoffari pingent, causa est, quòd medulla leoni vel
 nulla, vel perexigua est, vt omnium animalium solidis omnino ofsibus consta-
 re videantur, quasi inde accrescat furor, quòd labor his confringēdis sit merce